Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



credenti. Iudeo primu et grece. Iustitia enim dei in eo revela
tur ex fide in fidem. sicut scriptum est. Iust' autem ex fide
viuit. ℟ Notas mihi fecisti domine vias tuas. ad implebis me
letitia cum vultu tuo. Delectationes in dextera tua usq; in finem.
℣ Consilia me do qui in te speraui dixi domino deus meus es tu. Ps
Delectationes. In. ij. Ps. ante Dominus defensor vite mee.
Dominus illuminatio. ante Adorate dominum tanta sca et
Afferte. ante Intra in iustitia in conspectu domine. Ps Iuste do spe. ℣.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Gr iu. Lc. v.
Reuelatur ira dei de celo super omnem impietatem
et iniustitiam hominum eorum qui veritatem dei in iniusti
tia detinent. quia quod notum est dei manifestum est in illis
deus enim illis reuelauit. ℟ Diligam te domine virtus mea
Dominus firmamentum meum et refugium meum. ℣ Laudans
inuocabo dominum et ab inimicis meis saluus ero. Dus fir. Lc. vi.
Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt in
tellecta conspiciuntur sempiterna quoque eius virtus et
diuinitas ita ut sint inexcusabiles. quia cum cognouis
sent deum non sicut deum glorificauerunt. aut gratias egerunt.
sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscurata
est insipiens cor eorum. ℟ Domini est terra et plenitudo eius.
Orbis terrarum et universi qui habitant in eo. ℣ In manu eius
sunt omnes fines terrarum et altitudines montium ipsi sunt. Orbis t. Lc. vii.
Dicentes se esse sapientes. stulti facti sunt. et muta
uerunt gloriam incorruptibilis dei. in similitudinem
imaginis corruptibilis hominis. et volucrum. et quadru
pedum et serpentium. Propter quod tradidit illos deus
in desideria cordis eorum in immundicia. ut in contumelias
afficiant corpora sua in semetipsis. ℟ Ad te domine leua